DISSERTATIO IVRIS PVBLICI.

De nimia extenſione iurium ſingularium, ſiue caſuum, ubi ſtatus I. R. G. tanquam unum corpus conſiderari nequeunt. Occaſione Art. V. §. 52. I. P. O. et ibi uerborum : *Omnibusque aliis negotiis, ubi Status tanquam unum corpus conſiderari nequeunt.*

QVAM

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO

FRANCISCO IOSIAE,

DVCI SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE ET MONTIVM, CETERA.

DOMINO SVO CLEMENTISSIMO,

DE FELICI REDITV

SERENISSIMORVM PRINCIPVM AC

DOMINORVM

ERNESTI FRIDERICI

ET

CHRISTIANI FRANCISCI,

PRINCIPVM IVVENTVTIS, OMNI VIRTVTIS GENERE

SPLENDIDISSIMORVM, IAM LAETANTI

IN MONIMENTVM SVBIECTISSIMAE ET DEVOTISSIMAE

MENTIS OFFERT,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SIMVLQVE

PLAVSIBVS ET EXVLTATIONIBVS OMNIVM

SERENISSIMO DVCI

SVBDITORVM FIDELISSIMORVM

VOTA SVA ARDENTISSIMA ATQVE DEMISSISSIMA

ADDIT

GVILIELMVS FRIDERICVS DE BEVLWIZ,

SEREN. DVC. SAX. COB. ET SAALF. CONSIL. REGIM.

LIPSIAE ſumtibus MICH. BLOCHBERGERI, 1748.

Digitized by Google

SENECA de CLEMENTIA Lib. I. c. 13.

Qui potentiam ſuam placide et ſalutariter exercet, approbare imperia ciuibus cupiens. Felix abunde ſibi uiſus, ſi fortunam ſuam publicauerit, ſermone affabilis, acceſſuque facilis, uultu qui maxime populos demeretur, amabilis, aequis deſideriis propenſus, iniquis acerbus, qui a tota ciuitate amatur, defenditur, colitur, eadem de illo homines ſecreto loquuntur, quae palam. Tollere filios cupiunt, et publicis malis ſterilitas indicta recluditur. Bene ſe meriturum de liberis ſuis quisque non dubitat, quibus tale ſeculum oſtendit; hic princeps ſuo beneficio tutus, nihil praeſidiis eget, arma ornamenti cauſa habet.

Digitized by Google

SERENISSIME DVX,

DOMINE CLEMENTISSIME!

Praecipuam quidem in hac, quam TIBI nunc conſecrare audeo, commentatione, operam in eo collocaui, ut nimiam iurium ſingularium auctoritatem, magis magisque in ſcholis et ipſo rerum uſu uires aſſumentem, quantum ingenii mediocritas id permiſit, oſtenderem: peracto tamen hoc labore, et cum iam initi conſilii, TVVM ſcilicet CELSISSIMVM NOMEN huic opellae praeponendi, excuſatio mihi paranda ſit, commodiſſi-

mum duxi, ſi cum iuribus ſingularibus in gratiam quaſi redirem, ea ipſa prenſarem, atque eorum auxilio adiutus, cauſas allegarem, quibus commotus PVRPVRAM TVAM literario hoc munuſculo uenerari non ſuſtineam. Siquidem iurium ſingularium indolem in eo potiſſimum conſiſtere uidemus, ut paucis tantummodo immunitatibus quibusdam frui, et paucis ſuper iis cognoſcere, ſententiamque ferre liceat, atque utrumque, quod quidem ego intelligo, de praeſenti diſſertatione praedicare haud abs re uidetur. Norunt quidem omnes, qui hanc TVAM nitidiſſimam aulam inuiſerunt, TE neminem inde diſcedere pati, quem non eximia TVA gratia TIBI totum reddideris, paucioribus tamen eo pertingere licet, ut clementiam TVAM ſingularem teſtari queant; idque mirum ei non uidebitur, qui animo ſecum expendit, hoc inaeſtimabile bonum DIVINAM PROVIDENTIAM

non-

Digitized by Google

nonniſi his largiri, quos ſingulari, et numeris ſuis abſoluta felicitate afficere decreuit; id quod haud ita pridem etiam mihi contigiſſe, non quidem gloriosius de me iactare auſim, ſummo tamen iure meritoque BENIGNISSIMO NVMINI me acceptum ferre publice profiteor. Si enim SERENISSIME DVX, DOMINE CLEMENTISSIME, certo iudicio mecum pondero, quo factum ſit, ut ex patria euocato officium, quod nunc gerere contigit, hic demandatum fuerit, plenus admiratione, imbutus erga AVSPICATISSIMVM TVVM FASTIGIVM ſumma animi deuotione haeret animus, probe perſpiciens, mortalium fortunam ab iſtius SVPREMI NVMINIS, et eorum nutu pendere, qui pro eo fata hominibus diſpenſant. Hinc non ſacra modo Scriptura Principes Deo ſimiles eſſe iuſſit, ſed etiam ei, qui a uera religione alieni erant, ſolo rectae rationis lumine perſpexere, nihil illuſtrius

 de

de principibus praedicari poſſe, quam ſi integritate uitae, et benignitate erga alios Deorum immortalium exemplum imitari conantur. Non quidem ignoro, quae reuerentia erga DEVM OPTIMVM MAXIMVM TIBI inſit, ſed eadem pariter ac moderatio dictorum factorumque, qua TE cuiuis mirabilem reddis, ſunt, quae in TE ſuſpicimus atque ueneramur. Quin laetatur Germania Principe, Germana fide praedito: Congratulatur ſibi Saxonia de progenie, aeternis Maioribus non tantum ſimillima, ſed quae iſtorum auguſtis imaginibus etiam decori eſt: Superbit Ducatus Coburgenſis et Saalfeldenſis felici ſuo proboque Traiano. Atque hic eſt, in cuius conſpectum mihi quotidie uenire licet, in cuius iuſſorum, ſapientiſſimorum non minus, quam iuſtiſſimorum obſequio ſolidam et ueram gloriam relictam mihi eſſe intelligo. O! raram felicitatem, qua me condecoratum uideo; o! ſingulare

ius,

ius, quod mihi hoc modo tribuitur, cum ingenii, utut exiguas uires TIBI probare obſtrictus ſim, cuius nunc tenue ſpecimen faſtigio TVO admouere non dubitaui. Equidem inficias non eo, forte me in talem materiam incidiſſe, quae partium ſtudio mirifice obumbrata, atque, prout plerumque fieri ſolet, diſceptationibus acerrimis ita agitata eſt, ut aequum rerum aeſtimatorem facilius in triuio conſtituere, imo in deuia abducere poſſint, quam ſi, poſthabitis iis omnibus, ipſe fontes adeat, atque ex his ueritatem, tanquam limpidiſſimam aquam, hauriat. Sane recte prudens Romanus olim iudicauit, INTER CAVSAS MALORVM NOSTRORVM ESSE, QVOD MINVS AD EXEMPLA, NEC RATIONE COMPONAMVR, SED CONSVETVDINE ABDVCAMVR, eiusque imperioſam auctoritatem, iura noſtra ſingularia imprimis experiuntur noſtris temporibus, ideoque oculos lectorum, eo facilius hanc com-

men-

mentationem laturos ſpero, cum in ea ita uerſatus ſim, ut breuitati, quantum id argumenti ratio permiſit, ſtuderem, omiſſis iis, quae de aliis iuris ſingularis cerebrinis ſpeciebus, ut de alienatione bonorum Imperii, adauctione Taxae Cancellariae Imperialis Aulicae &c. nonnulli declamare ſolent, et ueritati omnem, quae uirium tenuitas ferre uiſa eſt, operam nauarem. In qua ſiquidem aliquid humani paſſus ſum, illud a me alienum eſſe nego. Si autem ipſa argumenti natura, atque nimium ſtudium erga iura ſingularia, ubi leges et genuina Iurispubl. principia ea plane ignorant, quaedam quaſi extorſit, quae nonnullis duriora uidebuntur, ſapientis Senecae Lib. IV. controu. cap. 27. Sententia me tutum fore ſpem habeo atque fiduciam, qui, NECESSITAS, inquit, MAGNVM HVMANAE IMBECILLITATIS PATROCINIVM EST, QVOD QVIDQVID COEGIT DEFENDAT. Verum

MORI-

Digitized by Google

MORIBVS ANTIQVIS STAT RES ROMANA VIRISQVE;
atque ſumma prouidentia ſatis laudari nequit, quae Imperium noſtrum Romano Germanicum, collapſis hoc tempore propemodum eius rebus, hoc ſolatio non prorſus deſtitui uoluit. Superſunt adhuc principes; et purpurati, qui communis patriae et Auguſtisſimi eius Capitis ſupremam auctoritatem ſaluam incolumemque ſeruari cupiunt, et ſalutares mores, a Maioribus traditos, et quibus maximam partem rempublicam inniti atque firmari intelligimus, etiam ad poſteros transmittere conantur. Sed hi iura ſingularia, uere talia, pro conditione Imperii noſtri praeſenti defendere atque propugnare cenſendi ſunt. Atque id idem eſt, quod in TE SERENISSIME DVX, DOMINE CLEMENTISSIME! non tantum quilibet, cui aditus ad TE patet, ſatis efferre nequit, ſed etiam uniuerſa Germania collaudat; Sanctiſſimo pietatis erga DEVM nomine

 pri-

Digitized by Google

pridem inſignitus, atque ſub hoc pulcherrimo titulo, libro, in ipſo ſacro Codice uix rubro memorato, IVSTORVM ET VIRORVM INTEGRORVM inſcriptus es, ut adeo terrae, ditioni TVAE ſubiectae, benignitatem diuinam, ex ea in ſe promanantem, ſatis aeſtimare nunquam poſſint, neque uotis noſtris quidquam deeſſe uideatur, quam ut talem mitiſſimum moderatorem etiam poſteris ad plurima ſecula ſuperſtitem precibus ab immortali DEO expetamus. Cum autem ſors et fragilitas humana id non permittant, nihil profecto exoptatius accidere potuit, quam quod TE in AVGVSTA TVA PROLE ſemper uiuentem uideamus florentemque, et inde etiam poſtfuturis exoptatiſſimum Gubernatorem ominari queamus. Exultant igitur gaudio prouinciae, quae TVO mitiſſimo atque indulgentiſſimo moderamini ſubiectae ſunt, cum quae uotis concipere poterant, iam adimpleta intelligant, et nunc cominus

nus

Digitized by Google

nus conſpicere poſſint: Thura altaribus imponunt, et ſacra iam, ſaluum ob reditum SERENISSIMORVM ex TE NATORVM faciunt. Gratulantur SERENISSIMIS PARENTIBVS, qui reduces uident, quibus uotis et precibus ſemper in longiſſimis itineribus hucusque comites adfuerunt, et gratias ISTIS agunt deuotiſſimas, quod Palladium, felicitatem ac delicias noſtras etiam exteris monſtrare uoluerunt. Sed hic merito ſubſiſtit calamus, qui id, quod Reges, Principes et tot uiri, in primo ordine conſtituti, ſatis laudare nequeunt, uires ſuas longisſime ſuperare intelligit. Reuertor igitur ad illum fontem omnis humanae proſperitatis, atque, ut hoc gaudium, SERENISSIMO et CLEMENTISSIMO NOSTRO FRANCISCO IOSIA & INDVLGENTISSIMA PIENTISSIMAQVE ANNA SOPHIA ſuperſtitibus, ac florenti uniuerſa EORVM AVGVSTA GENTE, quam diutiſſime ſeruet atque perpetuet, quotidianis preci-

bus atque ſupplicationibus obtinere contendo. Neque eſt, DVX CLEMENTISSIME, quod tali modo fortunae noſtrae metuamus, cum nullum clementiae genus ſit, quo fidelitatem atque obſequium deuotisſimorum ſeruorum ornare dedigneris: id quod non modo nunc in illuſtriori exemplo oculis noſtris percipimus, cum SERENISSIMORVM PRINCIPVM optimum Comitem et fidisſimum Achatem, tam in foro omne clementiae TVAE genus manere, quam in thoro ſingularem felicitatem atque uoluptatem exſpectare, laeti intelligamus, ſed etiam omnes quotidie experimur. Dab. Coburgi 30. Mart. 1748.

Digitized by Google

DISSERTATIO JVRIS PVBLICI,

de nimia extenſione iurium ſingularium, ſiue caſuum, ubi ſtatus Imperii noſtri Rom. Germanici tanquam unum corpus conſiderari nequeunt, occaſione Art. V. § 52. I P. O. et ibi uerborum: *omnibusque aliis negotiis ubi ſtatus tanquam unum corpus conſiderari nequeunt.*

§. I.

Quodſi in pertractando noſtro themate tum communi differendi rationi, tum perſpicuitati, in uerbis faciendis neceſſariae, more a maioribus recepto, conſulere opus eſſe arbitraremur, fuſius paullo exponenda eſſent argumenta, quae commodiori intelligentiae atque ſenſui uerborum, quibus in fronte huius commentationis uſi ſumus, inſeruire uiderentur

Introitus grauitatem propoſiti argumenti indicans.

Digitized by Google

rentur. Cum autem, et in ipſa huius pertractatione ille labor ſibi non minimam uindicaturus ſit partem, et uerba ipſa ſecundum grammaticalem ſignificationem omnibus artis gnaris nota ſint, uix eſt, quod diutius hic immoremur. Ideoque omisſa etiam eorum, quae de grauitate argumentorum ſibi propoſitorum nonnulli declamare ſolent, mentione, aequitate nimirum lectorum freti, qui quanti ſit momenti, de illis rebus ſcribere, quae ad ipſum nexum ſpectant, quo Imperii noſtri, ſingulari immunitate fulgentia, membra inuicem adſtricta ſunt, iam ad ipſam, quae nobis ad diſſerendum propoſita eſt, materiam accedimus.

§. II.

Vox *Status* uariam ſignificationem ſuſtinet, et quae praeſertim hic locum inueniat.

Cum tamen in explanando paſſu legis publicae laborandum ſit, terminorum explicationem non omnino negligendam eſſe duximus. Primum nobis ſeſe ſiſtit uerbum STATVS. Quod a Grammaticis, Philoſophis et ICtis in diuerſo plane ſenſu accipitur. Priores pro poſitione corporis, pro ſitu alicuius rei, diuerſis circumſtantiis impeditae, et pro contrario motus habent. Philoſophi, retentis prioribus ſignificationibus, ſtatum etiam uocant cardinem, ſiue momentum principale, in quo res quaedam

uerti-

Digitized by Google

uertitur. ICti alii in ſenſu ciuili, alii politico, uerbo STATVS vtuntur: in priori ſignificat *conditionem hominis, ſecundum quam diuerſis ab aliis vtitur iuribus, illique ius redditur.* *) In ſenſu politico ſignificat perſonam, iure ſuffragii in Comitiis, et deliberandi de ſumma rerum et negotiis ad haec pertinentibus in ciuitate gaudentem: **) atque haec eſt ſignificatio, quae in noſtra lege ſub uerbo STATVS intelligitur.

§. III.

Alterum, quod in allegata lege occurrit, uerbum, quadam explicatione indigens, eſt CORPVS, quod quidem nonnunquam pro oppoſito animae, nonnunquam pro toto homine, modo pro ciuitate, atque etiam *colle-* Quid ſub uoce *corporis* hic intelligi uelimus.

*) Non tamen hic inquirere uacat, unde uerbo hic ſenſus affictus ſit. Illorum quidem probatior videtur, ſententia, qui hunc veteri ritui perſonarum laruis capiti iniectis, in ſcenam prodeuntium tribuerunt, ſecundum quas diuerſa iis erant agenda ab aliis.

**) Neque Romanis hunc ſignificatum ignotum fuiſſe, ex hiſtoriarum documentis nouimus, atque idem ab his ad noſtra etiam inſtituta et tempora quamuis recentiora tractus eſt. Siquidem legibus tabellariis. A. V. C. 614. 616. 621. 630. ab A. *Gabinio*, C. *Caſſio*, C. *Papirio Carbone* et *Coelio Caldo* Tribunis Plebis, latis haec ſuffragii ferendi immunitas, *tanquam principium iuſtae libertatis*, (uti *Cicero* eam appellauit) Ciuibus Romanis ſancita eſt: cum antea uago ſermone ſententiam ſuam in Comitiis proferrent: hanc immunitatem ipſam autem ius *ſtandi* in comitiis vocabant: id quod etiam noſtris Statibus principuum ius tribuitur. Medit. ad I. P. mantiſſa ad Spec. II. §. 6. quamuis ipſa uocis deriuatio laudato auctori Germanica uideatur.

Digitized by Google

ctione plurium perſonarum in vnum eundemque finem coëuntium perpetuum, habetur et hi duo poſteriores ſenſus ad rem noſtram faciunt, cum caſus exponere in animo ſit, in quibus ſtatus, corporis uinculo inter ſe cohaerentes, iuribus ſingularibus et ſeparatis utuntur, ſiue quod idem eſt: *tanquam vnum corpus conſiderari nequeunt.*

§. IIII.

Inter multos ſcriptores de hoc themate media uia tenenda eſt.

Scyllam hic non minus quam Charybdim uitandam eſſe exemplis aliorum, qui ante nos hoc themate calamum exercuerunt, edocti ſumus, quorum alii eiusmodi negotia in Imperio noſtro Romano-Germanico, eiusque adminiſtranda ſumma rerum, omnino exiſtere negarunt atque pernegaruut, alii partium ſtudio abducti iuſto latius eorum fines propagare ope omni anniſi ſunt, atque etiam in ipſis comitiis, ſub oculis ſummae maieſtatis ibi ſedem habentis, omnia fere negotia ſtatuum huc trahere haud dubitarunt:*) Verum EPAMINONDAE ſententiam ob

*) Doctiſſimus auctor programmatis quod in Memoriam Bornianam, Dom. II. poſt Trinitatis 1747. Lipſiae in lucem prodiit, abuſum iurium ſingularium probe perſpexit, ideo de iuſtis eorum limitibus integram commentationem ſeſe editurum promiſit, et ſimilem ſpem nuperrime etiam Ill. ICKSTADIVS nobis fecit, atque harum pollicitationum implementum auidiſſime exſpectamus, quibus nihil exoptatius accidere poteſt, quam peritorum artis aſſenſum nanciſci, aut ab iis ea moderatione meliora edoceri, quae politioribus eruditis propria eſt atque decora.

Digitized by Google

ob oculos nobis poſitam habentes, *quod nempe lex, reipublicae conſeruandae cauſa lata, ad perniciem ciuitatis non ſit conferenda*, mediam tenere uiam nobiscum conſtituimus, ea confidentia in hoc argumento uerba facientes, quae pietati erga patriam, pariter ac libertati in ſcribendo *) uidetur conſentanea.

§. V.

Exhibet adductis cauſis ipſum concernentem paſſum. I. P. O.

Illuſtris Inſtrumenti Pacis Oſnabrugenſis locus, quem initio ſtatim unicum fundamentum atque normam iurium, quae uocant ſingularium, nominauimus, quanquam in omnium manibus uerſetur, hic tamen uel ideo integer inſerendus uiſus eſt, quod logicae interpretationis **) ratio connexionem atque cohaerentiam uerborum inter ſe ob oculos iubet eſſe poſitam. En ipſa uerba: *In cauſis religionis*, OMNIBVSQVE ALIIS NEGOTIIS, VBI STATVS TANQVAM VNVM CORPVS CONSIDERARI

*) Hanc priuatae etiam ſortis homini penes nos competere, ab aliis iam, et praecipue CHRISTIANO GOTHOFREDO HOFMANNO in eleganti diſſertatione *de ratione interpretandi leges Imperii Romano-Germanici publicas.* c. I. §. 1. ſeq. c. III. §. 1. adductis rationibus comprobatum eſt. Conf. etiam LANGVTHI diſſ. *de libertate ſentiendi ICtorum.*

**) Hanc enim alteram eſſe doctrinalis interpretationis ſpeciem, et in explicanda ſanctione, adiuuantibus antecedentibus et ſubſequentibus uerbis, ex ipſis rebus geſtis, ac legum ratione uerſari, iſtis etiam notum eſt, qui uel primis ciuilis prudentiae ſtudium, labris deguſtarunt.

Digitized by Google

NEQVEVNT, *vt etiam Catholicis et Auguſtanae confesſionis ſtatibus in duas partes euntibus, ſola amicabilis compoſitio lites dirimat, non attenta uotorum pluralitate*, atque ex hoc paragrapho, quae literis maiuſculis notata ſunt uerba praecipue nobis curae fore, iam ſupra diximus.

§. VI.

Cuius explanationem cum multis ſcriptoribus ſatis difficilem eſſe agnoſcimus.

Crucem iamiam fixit hic locus Interpretibus compluribus, qui diuiſa et quaſi diſtributa opera in eius mentem inquiſitum iuere; ſiquidem alii ex prudentiae iuris Naturalis fundamentis, alii ex hiſtoriarum monumentis, alii utroque auxilio adiuti, facem ei inferre anniſi ſunt; *) quinimo ip ſi nominatiſſimi J. P. explanatores **) diu iam obſcuri-

*) Videri poſſunt COCCEI diſſertatio: *de eo quod iuſtum eſt circa maiorem ſuffragiorum numerum.* LVDEKING. *de conſenſu minoris partis, vt non teneatur maiori* CRAMERVS ſub eodem fere rubro, HERVARTVS in diatribe *de iure ſuffragiorum, praeſertim in ſenatu Auguſtano*, ERNESTVS ABRAHAM. *L. B. ab* OSTERHAVSEN in Diſp. *de iure ſingulorum, a maiori ſuffragiorum comitialium parte excepto* Witteb. 1728. habita, DANIEL HOFFMANNVS in egregia et erudita diſp. *de Voto Evangelicorum communi*, *B.* TREVERVS in diſſ. *de comitiis corporis evangelici*, et forte plures alii.

**) Equidem Perilluſtris Auctor *ſacrae libertatis anchorae* apud FABR. in der Staats-Canzley T. XXXVIII. et in *Electis iuris publ.* T. XIV. part. 6. p. 452. nullam planiorem legem inueniri poſſe arbitratur; ſed id forſan intelligi uoluit, ſi ſententiam ſuam hac de re amplecti uelimus, cui tamen uniuerſim ſubſcribere uix poſſumus: et HENNIGESIVS *in Meditationibus ad Inſtrumentum Pacis* ad Art. V. p. 753. Col. I. in fin. ingenue fatetur: *ſed quaenam illa* (puta alia negotia, ubi ſtatus tanquam unum corpus

Digitized by Google

ſcuritati huius loci ingemuerunt, et, ubi pedem figant uix inuenere, et quamuis quid nos praeſtiterimus, noſtri non ſit iudicii, tamen uel inde ueniam opellae impetraturos nobis perſuaſum habemus, quia multi multa in medium hic protulerunt, et uario quidem marte ſententiam ſuam inuicem tuiti ſunt. *)

§. VII.

Nemo damnum, quod ex eius nimia extenſione oriri poteſt, huc usque ex inſtituto demonſtrauit.

Neque quisquam nobis occurrit, qui adductis argumentis, haec iura ſingularia maxime reſtringenda eſſe, contenderit, cum tamen facile diiudicari poſſit, ſacram hanc libertatis anchoram ingentis eſſe molis, et in rupibus ſcopulisque aeque facile ac in portu tuto conſidere poſſe, ad quos totam nauim, ſiue ſyſtema Imperii noſtri, allidi naufragiumque perpeti oportet **). Vt tacea-

corpus conſiderari nequeunt) *ſint, impeditum ſatis eſt, dictuque difficile;* et OSTERHAVSEN c. l. ſect. II. §. 24. uexatiſſimum hunc locum iure meritoque appellauit.

*) Liceat hic uerbis uti Celeb. MASCOVII in praefatione *ad Principia iuris publici: Equidem clariſſimi Auctores multa, quae ad hoc argumentum pertinent, poſteris reliquerunt, ſed eadem cauſa, quae prima fronte abſterrere a ſcribendo poterat, maxime impulit. Siquidem inter diuerſas opiniones, et plerumque inter ſe contrarias, difficilis eſt electio, praecipue vbi gliſcentibus partium ſtudiis ſcenae ſeruiant ſcriptores, diuerſa plane dicturi, ſi aliam perſonam ſors imponat.*

**) Obſeruat quidem STRVVIVS *in Syntagmate iuris publici* c. 23. §. 44. GOTTLIB. GERH. TITIVM *in Vindiciis Vitriarii Caſtigatis* annot. 304. p. m. 244.

Digitized by Google

ceamus, nonnullos Interpretes hunc textum obſcurum, per uerba aeque obſcura, et circulo in demonſtrando commiſſo, explicare uoluiſſe. *)

§. VIII.

Quae ſit de hoc loco I. P. ſententia noſtra.

Aſt ne, aliorum naeuos perſtringendo, ipſi in reprehenſionem iuſtam incurramus, ſecundum PERSII dictum, nobiſcum habitare, et non tam, ubi alii quid humani paſſi ſunt, quam quid nos facere deceat, ante oculos habere, decreuimus, liberrime profiteri haud dubitantes: *decantatum illum I. P. locum de cauſis negotiisque Religionis tantummodo eſſe intelligendum, et uim ei inferri, ſi ad alia extendatur.*

§. IX.

Oſterhauſii contraria ſententia recenſetur.

Acerrimos hic uidemus contradictores, Auctorem laudatae *Sacrae libertatis ancborae*, et ERNESTVM ABRAHAMVM

244. hoc uidiſſe, uerum qui huius verba, quamuis ſatis indifferentia: *Viderint periti, annon exceptio illa: vbi ſtatus tanquam corpus conſiderari nequeunt - - - - tam late pateat, ut per eam omnis uotorum pluralitas deſtrui queat,* cum ſententia eiusdem auctoris *in ſpecimine Iuris publici* Lib. VI. c. 4. §. 47. quod nempe pluralitas uotorum ad exceptionem pertineat, comparare uult, facile inueniet, in feruore animi ueritatem eum profeſſum eſſe, quam alias ſine dubio reticuiſſet.

**) Qua in re, praeeunte OSTERHAVSIO c. diſſ. ſect. II. §. 24. et 25. HENNIGESIVM notant STRVIIVS c. l. et §. et HERVARTVS c. l. §. 21.

Digitized by Google

HAMVM AB OSTERHAVSEN Sect. II. § 20. 21. et 27., qui in hac lege et ſanctione pragmatica non unam, nempe religionis cauſam, ſed tres caſus ſibi reperiſſe uidentur, nempe 1) Religionem, 2) iura ſingularia, 3) ius eundi in partes. De prima atque tertia ſpecie nihil eſt, quod obloquamur, id tantum monentes, diuerſa ſacra, in imperio noſtro inualentia, unice etiam cauſam iuri eundi in partes dediſſe, ideoque hoc non absque ratione ad cauſas Religionis referendum eſſe. Superat igitur ſecunda ſpecies, de qua iam in certamen deſcendere cogimur.

§. X.

Intelligi hic negotia, ad proxima comitia in ipſis pacis tractatibus reiecta, affirmat HENNIGESIVS,*) cum incongruum ei uideatur, plura uota in Comitiis res decidere debere, quas tali modo in ipſis Pacis negotiationibus componere uiſum non ſit: Verum qui res tunc geſtas paullulum animo ſecum reuoluit, inueniet, ideo nonnulla ibi detruſa eſſe in ulteriorem diſcuſſionem, quia exitioſo diu magna Europae parte bello defatigata, exteri praeſertim reges communem tranquillitatem diſceptationibus ſingulorum diutius detineri non patiebantur; Varii igitur ſunt generis negotia, ad aliud tempus ibi dilata 1) occurrunt res, quae in tramite iudicii conficiendae Henningeſius notatur.

B uiſae

*) C. I. p. 760. Col. 1. ſeq.

uiſae ſunt, *) 2) uidere ſunt cauſae, quas paciſcentes iudicio et Comitiis ſimul reliquerunt **) 3) nonnulla Comitiis tantum reſeruata ſunt. ***) Quae autem forma in hisce omnibus tenenda ſit, ſingulari ſollicitudine in eodem J. P. ſtatutum legimus, nunquam autem plurima uota ibi excluſa, ſiue haec negotia pro iis habita ſunt, in quibus ſtatus tanquam unum corpus conſiderari nequeunt, niſi concurrente cauſa religionis, ſicut infra docendi erit occaſio.

§. XI.

Et quidem ob rationes ex ipſis pacis tractatibus repetitas.

Neque ideo in eandem cum HENNIGESIO ſententiam deſcendere poſſumus, quia haec negotia tranſitoria, imo dilata ſunt in tractatibus pacis, ut aliquando dirimantur, noſtri autem officii arbitramur, perquirere cauſam aeternam et conſtantem, in qua ſtatus uotis ſingularibus uti queant. Minus etiam appoſitum ducitur argumentum ab eo, quod in tractatibus pacis Weſtphalicae obtinuit, ad praxin et modum in Comitiis ſeruandum, cum ibi quidem res, in deputationibus ſtatuum in deliberationem uenientes, auditis tamen iis, quorum intererat, ad plurium ſententiam definitae fue-

*) Exempla huc ſpectantia vide art. III. §. 2. art. IV. §. 8. 11. 23. 29. 30. art. V. §. 33. art. VI. §. fin. 57. et forte plura.

**) Art. VIII. §. 5.

***) Art. VIII. §. 3.

fuerint, *) quoties autem cum exteris Coro-

*) Extra omnem dubitationem id ponunt, ipſa rerum tunc temporis geſtarum monumenta, quae in immortali H. MEYERI opere *Actorum Pacis Weſtphalicae* paſſim exſtant, ſic. Tom. II. Lib. 13. §. 10. p. 410. in Protocollo Proteſtantium 26. Febr. 1646. legati ita ſenſerunt: Altenburg: befinde, daß die Worte (doch denen Maioribus) alſo zu erläutern, und etwa dieſes hinzu zu rücken; wo ſie Statt haben, was die Vota ſingularia antrifft, erfordere die Nothdurfft, daß ſie in rebus ſingularibus, et proprio cuiusque ſtatus intereſſe, admittiret und *inſeri*ret werden. Coburg: ob die particularia und ſingularia zu *inſeri*ren, wäre zwar allegirt worden, als wenn es wider das Reichs-Herkommen ſey, das könne er aber nicht finden, ... halte derowegen dafür, daß eines ieden Nothdurfft und Monita zu beobachten und zu *inſeri*ren. Weymar: Maiora könnten ohne das dies Orts nicht Statt haben. Braunſchweig-Lüneburg: ratione Maiorum laſſe er es bey der Sachſen-Altenburgiſchen limitation bewenden, die ſingularia aber würden ratione obiectorum diſtinguirt werden müſſen, theils lieſſen in die Haupt-Sache mit hin, v. g. in puncto ſatisfactionis - - - und alſo denenſelben nicht benommen werden könne, ihre *particularia* beyzubringen ... ſonſten aber wären noch andere ſingularia in rebus communibus, da es die Natura Collegiorum nicht leide, dieſelbe zu admittiren, oder zu attendiren: hätte einer ſo hoch erleuchteten Verſtand, und ſo fürtreffliche Rationes, ſo würde ſeine Meynung vielleicht von andern auch approbirt werden, und ſo wären ſie nicht mehr ſingularia.

Pommern-Stettin ut ut huic uoto adſtipuletur, paullo tamen obſcuriora ſunt, quae huic addidit: Man habe dergleichen Vota ſingularia, quae ſtatus ut ſtatus concernunt, nicht pro particularibus zu halten, noch die Intereſſenten damit zu excludiren, denn es hätte ſonſt das Anſehen, als wenn man ihnen alle exceptiones abzuſchneiden vermeine ꝛc. ... Dahero ein ſolches Votum - - - nicht pro particulari, ſondern uniuerſali zu achten. Verum ex hisce uerbis docemur, ipſis patribus conſcriptis haud adeo patuiſſe ac notum fuiſſe, quid ſibi velint *Vota ſingularia* ſiue *particularia* et *uniuerſalia*, quid ſint *ſtatus vt ſtatus.* Praeſertim legatus Pomeranus plus feruoris quam intelligentiae ad hos tractatus attuliſſe videtur, qui apud MEYER. c. l. T. II. Lib. 12. §. 2. n. 8. p. 253. in Protocollo 23. Januar. 1648.

nis *) ſtatibus negotium erat, nonniſi tranſigendo id terminari potuerit. **)

§. XII.

Accedimus ad eos, qui *eximirte, priuilegirte und Immunitaeten*-Sachen, hic intelligunt.

Reiecta igitur HENNIGESII ſententia, cui etiam ipſe non multum tribuiſſe uidetur, ad alios, grauioribus armis inſurgentes, quos ſupra iam §. 9. nominauimus, deueniendum. Intelligunt illi, ſub nomine iurium ſingularium *eximirte, priuilegirte* und *Immunitaeten*-Sachen, quae pactis, conceſſionibus, aliisue modis legitimis adquiſitae ſint, has enim pluralitati uotorum non ſubiectas eſſe, ipſi rectae rationi reſpondere putant. Exegiſſe id proteſtantes 1613. ***) et pugnaſſe eos pro defenſione iurium ſuorum ſumma animorum contentione, quibus tandem Caeſarem

1648. ait: *Medius terminus* ſoll ſeyn *Religio, Contributio, ſtatus vt ſtatus.* Si enim negotia, quae ſtatus ut ſtatus concernunt, in quaeſtionem ueniunt, conſiderandi ſunt ſtatus in corpore, quod praecipue ſecundum formam Imperii noſtri maiora admittit: ſed interponimus id tantum modo, etſi ſeiunctum a re noſtra, ideoque redeundum in uiam. Optima ſine dubio fuit legati Brunſuicenſis ſententia et omnibus etiam arriſit. Neque eſt, quod hunc legatum, LAMPADIVM nempe, id auribus tantum adverſae partis dediſſe arbitremur, quippe cuius beneuolentiam ſibi alioquin minime conciliauerat. Ibid. c. l. Tom. III. Lib. 21. §. 5. p. 306.

*) Item conſtatibus, imo Imperatore, exigente negotiorum indole.

**) C. l. T. I. Lib. 12. T. II. Lib. 18. et verba ipſa pacis luculentiſſime id demonſtrant. Maxime igitur a vero aberraret, qui hanc tractandi rationem ad praxin Imperii modernam et negotia ad Comitia pertinentia applicandam eſſe putaret.

***) Vid. Müllers Hiſtoria derer Evangeliſchen Stände Proteſtation p. 108. ab OSTERHAVSIO c. l. adducta. et Londorp. T. I. L. I. cap. 9. §. 19. p. 138.

Digitized by Google

ſarem et Catholicos cedere, atque in ſaepius adducto loco J. P. hisce iuribus ſingularibus immunitatem a pluralitate uotorum largiri, coactos fuiſſe.

§. XIII.

Sed non tantum hisce temporibus haec iura ſingularia uſu uenire coepiſſe, prima etiam iuris Naturalis tradita, quenquam in iure ſuo laedi prohibere, imo ideo in ciuitatem et commune corpus coiiſſe ſtatus Imperii noſtri, uti iuribus et immunitatibus ſuis eo liberius fruerentur, *) qui finis, ſi obtineri nequeat, imo ipſum corpus ſiue ciuitas detrimentum membro ſuo inferre conetur, exiſtere caſum, ubi ſtatus tanquam unum corpus conſiderari nequeunt, cum iam ſingulo cuilibet liceat, uim ſibi intentatam quouis modo auertere atque propulſare: id quod in citato §. 52. Art. V. I. P. O. et quidem diſtinctisſime a cauſis Religionis diſpoſitum eſſe aiunt, cum uerba *omnibusque aliis* demonſtrent de aliis quam hiſce cogitasſe paciſcentes.

Quas etiam ipſa indoles et praeſertim forma Imperii noſtri a Conſtatuum arbitrio exemtas eſſe iubet.

§. XIV.

Noſtri iam eſſe uidetur, quid ad haec reſpondendum ſit, proferre, cuius laboris auſpicia a primo membro paragraphi antecedentis capere in animo eſt. Ac

Ad haec ſub certa limitatione reſpondetur.

*) Auctor *Sacrae libertatis anchorae* c. I. §. 51. et OSTERHAVSIVS in allegata diſſertatione ſect. I. §. 16.

Digitized by Google

bene ſeſe res habet, quod ipſi aduerſarii agnoſcunt *) Imperium noſtrum pro ciuitate, legibus ſuis et inſtitutis ſingularibus utente, atque etiam ipſi contendunt, pluribus uotis in tali corpore negotia ex regula dirimenda eſſe; **) quin exſpectatione plura nobis largiuntur, ſi etiam iura ſingularia ſupra §. 12. a nobis deſcripta, quando dubium circa ea oriatur pluralitati uotorum ſubiecta eſſe demonſtrant; tali enim modo probationi harum ueritatum in ſe luculentiſſimarum libenter ſuperſedemus.

§. XV.

Jura manifeſti dici non poſſunt, quae legitimum contradictorem habent.

Id tantum negant, iura liquido competentia ſtatibus, comitiali deliberatione ad plurium placita et absque cauſa, auferri poſſe, ***) neque eſt quod etiam hic oblo-

*) OSTERHAVSIVS c. l. Sect. I. §. 2. et 4. cuius quidem gemitibus §. II. editis noſtros adiungimus.

**) ID. c. l. §. 8. ubi not. b) PVFENDORFIVM, contrarium fere ſtatuentem, ideo reprehendit, *cum alias eluderetur finis, ob quem ciuitates coaluerunt*, et, Sect. II. §. 13. ait: *ex quo ſtatus Imperii noſtri exactius conditis L. L. ſalutaribus formari atque in meliorem ordinem redigi coepit, a priſtinis moribus receſſerunt - - nec fortioribus amplius ſuffragiis in conſultationibus publicis locus relictus eſt*, (id quod Secul. XIV. inualuiſſe autumat B. LVDEVVIGIVS in *Germania Principe* cap. I. p. m. 98. not. g)) atque his rationibus commotus Sect. I. §. 17. 19. et 20. affirmat: *ne quidquam probibere, quin maiori ſuffragantium parti in tali ſententia dicenda locus eſſe queat, cum alia ratio, dubia in cauſis publicis et priuatis tollendi - - non ſuppetat.*

***) ID. c. l. ſect. I. §. 21. id tantum monemus, diſtinctionem ibi in medium

Digitized by Google

obloquamur,*) dum modo dubium nullum exoriatur ſuper eiusmodi iuribus, hoc enim caſu deciſio utique, non ab eius arbitrio, qui in propria cauſa iura manifeſta et liquida praedicat, ſed ab eorum nempe Imperatoris et imperii ſententia pendet, quibus fidelitatis et ſubiectionis uinculo obſtrictus eſt ſtatus, et quorum conceſſioni et conſenſui, ſiue expreſſo, ſiue tacito, ſiue praeſumto, omnia quae habet iura atque priuilegia merito accepta fert.

§. XVI.

Titius, qui minus appoſita exempla in medium protulit refellitur.

Sed hoc loco allegare meminimus §. 2. not. (*) TITIVM, qui de pluralitate uotorum parum digne ſenſerit, et quamuis rationes, quibus uſus eſt, ſi quae eius ſunt, Auctores in notis ad §. 6. adducti iam infirmauerint, exempla tamen eius examinare haud adeo abs re uidetur, quibus euincere conatur, ad exceptionem pertinere pluralitatem ſuffragiorum; Primo adducit nobis Belgium foederatum, ſed quam incongrue huius inſtituta ad

um prolatam, inter ſententiam praeuia cauſae cognitione conceptam, et comitialem deliberationem, id circo parum ad rem facere, quoniam etiam in hac ſolida inueſtigatio rei praecedere debet.

*) Siquidem ne infimae quidem ſortis homini iniuria facienda, neque ius apertum et manifeſtum denegandum eſt, atque talia iudicata nulla practicis dicuntur, quin occurrunt etiam iura ſingularia, ſi eas ita appellare libet, in iure communi. conf. L. fin. C. *de auctorit. praeſt.* et c. 29. de R. I. in 6. ubi ſancitum: *ut quod omnes ſimiliter tangit, ab omnibus comprobetur.*

ad Imperium noſtrum accomodentur, unico, ſed omni exceptione maiori, teſtimonio Viri Belgicarum rerum peritiſſimi demonſtrari poteſt, *) quae autem de Heluetiorum republ. addit, ea nobis quidem haud adeo liquent, cum ipſa pacta fundamentalia, et naſcente hoc ſtatu inita, aliud doceant, **) quid autem hodie ibi obtineat, nos ignorare ingenue profiteamur.

§. XVII.

*) Exſtat quidem haec TITII ſententia in *ſpecim.* eius *iuris publ.* Lib. VII. c. 9. et *Vindiciis Vitriarii caſtigatis* §. 299. Verum ipſa verba TEMPELII, legati quondam Anglici in Belgio, in libello, cui titulus inſcriptus; *Remarques ſur l' Etat des Provinces unies* c. I. p. m. 50. aliud nos docere uidentur, quae ita ſeſe habent: *Chaque Province, et meſme chaque Ville ſe reſervant la pleine et entiére poſſeſſion et jouiſſance de ſes droits, priuileges, ſtatuts et coutumes, dont le jugement des quels unes de Provinces, les autres Provinces ne ſe pourront pas meler, ſi non en tachant, de les porter á un accommodement, par des Voyes amiables.* et c. II. p. 88, *on ne peut pas dire proprement, que c' eſt une republique, mais que c' eſt plutôt une confederation de ſept Provinces* SOUVERAINES *unies enſemble pour la defenſe commune reciproque de toutes, ſans aucune dependance ou ſoujettion entre elles,* et paullo poſt: *qu' il y a plusieurs choſes, qui ne peuvent pas etre conclues dans les Aſſemblees des Etats de la Province á la* PLURALITE, *mais ſeulement du conſentement unanime de toutes les Voix.* Qui autem haec ad Germaniam noſtram applicaret, poſthabitis profecto omnibus legibus atque ſanctionibus, illum erraret errorem, quem iam in PVFENDORFIO et pluribus aliis complures notarunt atque refutarunt.

**) In primo certe foedere, quod pagi Vrienſis, Suicenſis atque Subſyluaniae, 1315. inter ſe pepigerunt, res non adeo clara eſt: Wäre auch, daß ſich ein Mißhelle oder Krieg erhübe oder auferſtünde unter denen Eydgenoſſen, dazu ſollen die beſten und wizigſten denn kommen und ſollen den Krieg und Mißhelle ſchlichten und hinlegen nach Minne oder nach Recht, und wederer Theil des verſpreche, ſo ſollen die andere Eydgenoſſen dem andern

Minne

§. XVII.

Sed miſerum profecto eſt, patria legibus et ſalutaribus ſtatutis abundante, ab exteris argumenta emendicare, et ſtipem quaſi ad alendam praeconceptam opinionem inde colligere. Vbi ſumma atque ad adminiſtrandam rempublicam ſpectantia regalia exercentur, ibi ſumma maieſtas eſſe intelligitur, *) iam uero Imperator et ſtatus con- Quae exempla ad ſyſtema Imp. R. G. non quadrant.

Minne oder Rechtens beholffen ſeyn. Accedente autem 1332. pago Lucernenſi diſertis uerbis maiora placuerunt', in dirimendis litibus domeſticis §. 4. *Le cas aduenant, qu'il ſurvint differend entre les dicts trois pays et que les deux fuſſent d' opinion conforme, en ce cas nous les dicts Bourgeois de Lucerne nous joindrons auec eux, et induirons le troiſieme pays á ſe joindre avec les deux.* atque cum huic ſeſe foederi 1351. pagus Tigurinus iungeret ita §. 6. ſancitum : *Les cas aduenant : que nous de Zurich euſſions differends, ou queſtions generalement avec nos dicts Alliés, de Lucerne, Vry, Schwiz et Vnterwalden, ou avec aucun de particuliérement (ce que Diéu ne veuille) nous par tel effect envoierons aux journées à la dicte Abbaye des Hermites, et debûra a la dicte Ville de Lucerne, ou les trois pays touts en general, ou aucuns d' eux particulierent, qui auroient differends avec nous de Zurich, eslire deux hommes de bien, et nous auſſy deux autres : Lequels ſeront tenus, de jurer aux ſaincts Evangiles, et incontinent ſans delay vuider par voye amiable ou par la Iuſtice, et ainſi que les quatres* OU LA PLUS PART *d' entre eux recognoiſtront, nous les dicts parties le deburons, tenir inviolablement.* Qui modus etiam in acceſſione Bernenſi d. a. 1353. ſtabilitus eſt, licet mutata paſſim forma. In regno Poloniae maioribus parum uel nihil tribui affirmat GOTHOFR. LENGNICH. *in iure Publ. Poloniae* Part. II. Lib. IV. c. I. §. 2. 14. cap. 11. §. 35. Verum rubor forſitan aduerſarios ſubiit, quin etiam hoc exemplo propoſito maiora ſuffragia in Imperio exterminare conati ſint.

*) GROTIVS de I. B. et P. lib. I. c. 3. §. 2. HVBERVS *de iure ciuitatis* Lib. I. Sect.

coniunctim et nonnunquam Imperator ſimul nomine Imperii, eorum curam gerunt, ergo neceſſario ſumma rerum penes utrosque eſſe debet. Minoris propoſitionis probationem a nobis minime exiget, qui Iura Belli et Pacis, foederum, legum ferendarum, collectarum, feuda et dignitates conferendi, telonia concedendi, iuſtitiam adminiſtrandi, et quae alia ſunt regalia maiora, ab imperatore et ſtatibus ſimul adminiſtrari nouit: quod quidem uti in ſe manifeſtiſſimum eſt, ita noſtra probatione non indiget, qua, ſi rite defungi uellemus, uaſtiſſimum ſane totius iurispublici campum emetiri cogeremur.

§. XVIII.

Comitia ſunt ſedes Maieſtatis, et ſtatus, qua ſinguli, eis obſequium praeſtare debent.

Cum igitur in Comitiis Imperii ſolennibus Imperium in forma, quam uocant, Maieſtatis repraeſentatiua coruſcet, nullum ſane dubium remanere credimus, quin etiam huic illuſtri conſeſſui ab omnibus Imperii ſtatibus, qua ſinguli conſideratis, debitus honor atque obedientia praeſtari debeat, *) quotiescunque ſecundum naturam collegiorum quidquam ibi decretum eſt.

§. XIX.

I. Sect. III. cap. 6. HERTIVS iu opuſcul. Vol. I. T. II. *de Notitia ſingularis reipubl.* §. 15. non tamen in animo eſt, litem ſuper denominatione horum iurium, praeſertim tranſeuntium, motam, in nos recipere, cuius quidem exiguum uſum eſſe arbitramur.

*) Quid Principes noſtri Imperatori et Imperio debeant, docet A. B. Tit. VII.

Digitized by Google

§. XIX.

Arctiores quidem Comitiali auctoritati limites proponi ſolent, ſed ipſa negotiorum indoles et ſpiritus Germanicus hic probe conſiderandus eſt.

Equidem haud ignoramus, arctioribus Comitiorum facultatem limitibus, in definiendis Principum controuerſiis, a nonnullis circumſcribi, cum tantum de rebus maioris momenti *) Imperator ad Comitia referre teneatur, praeſertim, dubiis circa interpretationem legum publicarum exortis, ſed cum cuique negotia ſua maximi momenti uideantur, et limites interpretationis doctrinalis (ſummis Imperii tribunalibus conceſſae) et authenticae, (quae Comitiis reſeruata,) arctiſſime atque ita coniuncti ſint, ut quotidiana docente praxi una abs-

C 2 que

VII. §. 5. ubi feuda maiora aperta *Imperio ſacro uacare et ad Caeſarem et Imperium legitime deuoluta* dicuntur, de quorum ulteriore in feudum datione diſponit Capit. Nou. Art. XI. §. 10. Imo ipſi Principes in Literis, ſuper petenda inueſtitura ad Caeſarem directis, fatentur: diejenigen Lehen, welche von dem heiligen Römiſchen Reich und Ew. Kayſerl. Majeſt. allerhöchſt geehrten Vorfahren N. N. von Zeit zu Zeit recognoſciret haben. et in iuramento tunc praeſtando promittunt: Ew. Kayſerl. Maj. und des heiligen Reichs Ehre, Nutzen und Frommen fördern : : : alles dasjenige thun, was einem gehorſamen Fürſten gegen Ew. Kayſerl. Maj. und heiligen Reich zu thun gebühret von Recht und Gewohnheit wegen. formulam autem: gehorſam nexum ſubdititium uulgo indicare, uel primis iuris beneficiorum fundamentis inſtructi ſciunt; ideoque hic merito in medio relinquimus diſtinctionem a quibusdam doctoribus excogitatam inter ſubditos regulares et irregulares. uid. celeb. GABRIEL VVOLFFIVS in *Elementis iuris feudalis* cap. XIII. §. 6. certe LL. Imperii hanc plane ignorant et I. P. Art. VIII. §. 2. tantum iuramenti, *quo quisque Imperatori et Imperio obſtrictus eſt*, ſtatus commonefacit.

*) Exempli tantum cauſa allegare libet Cap. Nou. Art. XX. §. 4.

Digitized by Google

que altera uix eſſe poſſit, non eſt quod miremur, ſaepius ſtatus Imperii, et quidem ipſa teſtante Cap. Nou. art. XVII. §. 3. ob intermiſſas uiſitationes ad Comitia prouocare, *) atque ibi ſecundum TIMOLEONTIS effatum, *hanc ſummam libertatem duci, ſi omnibus, quod quisque uellet Legibus experiri liceret;* dummodo corporis atque ciuitatis iura et inſtituta etiam tunc ſeruentur, atque hoc ſurrogatum ad modum eius, cui ſurrogatum eſt tractetur.

§. XX.

Regula *par in parem non habet imperium* inſtitutis patriis attemperatur.

Nec cuiquam mirum uidebitur, quod in praecedentibus ſtatibus in ſtatus, et pari in parem imperium et poteſtatem tribuamus, ſiquidem hic Comitia et Status in corpore conſideramus; quin inſtitutis patriis et ſpiritui Germanico *) apprime reſpondet, ſi par in parem

*) Ad ſua usque tempora cauſas, in quibus recurſus ad Comitia locum inuenit, enumerauit STRVVIVS *in Syntagmate iurispubl.* c. 24. §. 49. quarum numerus, ſi inſtituti ratio id exigere uideretur, exemplis recentiſſimis iisque bene multis augeri poſſet: uid. interim celeb: KAHLII diſſert. *de exceptione ſuſpecti iudicis, admiſſo in cauſis iuſtitiae recurſui ad Comitia J. R. G. uniuerſalia non adbibenda* §. 1. Praeſertim cum ipſe Caeſar atque ſtatus noſtris temporibus contenderint, non ea tantum obiectum eſſe deliberationum comitialium, quae per Decretum, quod uocant Commiſſionis, comitiis communicata ſunt, ſed etiam ea, quae Moguntinus Elector per dictaturam publicam reliquorum ſtatuum oculis ſubiecit. *Conf. Capit. Nou. art. XIII. §. 6.*

**) Eximia, qua pollent eruditione, id euincunt Illuſtr. SENKENBERGIVS *de*

rem ſententiam ferat, atque ei iura diſpenſet, cuius rei clariſſimum exhibet teſtimonium iudicium principum, ſiue parium curiae olim frequentiſſimum, atque inde enatae auſtregae *), quarum hodieque ſummam eſſe auctoritatem **) leges et ſanctiones publicae, imo ipſe rerum vſus demonſtrant.

§. XXI.

Quamuis autem, quae hactenus, de poteſtate ſuprema in Germania diſſeruimus, uix a quoquam in dubium uocari queant, non tamen a re alienum uidetur, ope analogiae ipſius Inſtrumenti Pacis demonſtrare men- tem

I. P. ipſum iura ſtatuum Comitiorum iudicio ſubiicit.

de recurſu ad Comitia et Celeb. GEORG. ESTOR in Commentatione: *de judicio principum, fundamento et radice prouocationis, uulgo recurſus ad Comitia* Sect. I. et II.

*) In his enim merito quaerit reliquias iſtius illuſtris iudicii ESTOR c. I. §. 10. quod ipſum §. Sect. V. §. 264. in deſuetudinem abiiſſe affirmat, et quidem allegatis cauſis, quae pro fundamento habent uſum iurium extraneorum, quorum notitia maiores haud adeo imbuti fuerunt, et ſtudium parcendi ſumtibus (id quod ſaepius Germanorum libertati nocuiſſe ſingulari diſſertatione probari poſſet) in hoc iudicium erogandis. Cum autem Comitia noſtris temporibus ſemper durent, quo minus hanc illis iudiciariam poteſtatem iure quaſi poſtliminio tribuamus, quid uetat?

**) Vid. I. P. art. VIII. et art. V. §. 56. Ordinatio Iudicii Cameralis P. II Tit. II. §. 2. Tit. IV. §. 1. Tit. VI. princip. Tit. XXXI. et paſſim Ordinatio iudicii Imper. Aulici T. II. §. 2. Cap. Nouiſſ. art. XVIII. §. 4. Et quamuis non ignoremus cauſas feudales, et quatuor caſus, quos uocant die *Mandats*-Fälle, ab hoc iudicio exemtas eſſe, haec tamen ſingularia ſingularibus nituntur fundamentis, quae hoc loco exponere non uacat.

tem hic minime fuiſſe, ut ſtatus in naturali, et nullius iudicio obnoxia libertate intuitu iurium ſuorum conſtituantur, ſiquidem art. V. §. 12. I. P. O. *) quaeſtio, utrum Donawerda in ſtatum, in quo ante motus ciuiles fuit, reſtituenda ſit, proximis comitiis decidenda relicta eſt. Quid igitur, ſi Elector Bauariae, qui eam in deditionem acceperat, dixiſſet, ſe antiquis, et ſeculo adhuc XIV. conſpicuis, iuribus domus ſuae, et mandato executiuo Caeſareo d. a. 1607. tam certum et radicatum ius adquiſiuiſſe, **) quod uel ideo Comitiali deliberationi atque conſul-

*) *Quod ad Ciuitatem Donawerdam attinet, ſi in proxime uenturis Comitiis uniuerſalibus in priſtinum libertatem reſtituenda eſſe* IVDICABITVR *ab Imperii ſtatibus, eodem gaudeat iure in eccleſiaſticis et Politicis, quo ceterae Imperii liberae ciuitates.* Non tamen hoc exemplo, probe ſcientes, quid demum 1705. ratione huius ciuitatis actum ſit, cuiquam praeiudicium adferre uolumus, id quod priuati hominis uices omnino ſupergreditur.

**) Siue ut uerbis Proteſtantium in literis ad imperatorem 1720. datis apud FABR. Staats-Canzley Tom. XXXVIII. p. 404. utamur: Wo die Partes tanquam unum corpus nicht zu conſideriren ſind, oder welches eben ſo viel heißt, ſolche in pactis gegründete ſeparatas rationes vor ſich haben, die ſie ſich von dem größten Theil abmaioriren zu laſſen nicht können gehalten werden. Pactorum autem ualiditatem omnino ab Imperio diiudicandam eſſe, dubio carere putamus, ſiquidem etiam noſtris temporibus pacta in lucem prodierunt, quibus quidam imperii Principes ſeſe inuicem obſtrinxerunt, ne unquam negotium quoddam perfici patiantur, quod confecturos ſeſe iurisiurandi religione poſtea promittunt, idque ut etiam alii faciant, ab iis exigunt. Qui, quid hic intelligamus, ſcire cupit, euoluat acta publica recentisſima, et praeſertim Celeb. KOENIGII ſelect. iur. publ. Nou. neque miretur, quod nos nomina hic celemus.

Digitized by Google

ſultationi ſubiectum eſſe nequeat, quia multi ſtatus ibi iure ſuffragii gaudeant, qui huius conditionis ipſi capaces non ſint; *) Nonne reiecta poſteriori, in nulla lege, uel obſeruantia fundata theſi, ipſi reſponſum eſſet, in dubium uocari iura eius, ambiguum eſſe atque controuerſum **) quantum ei iuris competat in hanc ciuitatem, atque huius rei iudicium non penes eum, ſed Imperii ſtatus in corpore ſtare debere? Id quod profecto de omnibus eiusmodi negotiis locum habebit.

§. XXII.

Suprema Imperii tribunalia etiam nomine ſtatuum de iuribus eorum ſalubri inſtituto cognoſcunt.

Ipſa ſuprema Imperii tribunalia, quorum membra partim a ſtatibus nominantur, et quae nomine Imperatoris et Imperii ius dicunt, R.I. d. a. 1654. §. 165. in cauſis

*) Ab aequis rerum aeſtimatoribus ueniam nos impetraturos ſperamus, quod cauſam obſcuram, imo noſtro iudicio inanem, clarius exprimere haud licuit.

**) Siquidem de iuribus ſtatuum in continenti liquidis ne quidem ſuprema Imperii iudicia quaeſtionem mouere debent Ord. Iud. Camer. P. I. Tit. XXII. §. 6. Sed quid diutius hisce rebus ab aduerſariis, *Auctore Sacrae libertatis ancborae* in der Staats-Canzley T. XXXVIII. n. 54. et OSTERHAUSIO c. l. Sect. II. §. 31. probatis immoramur: neque eo, quo poſterior Sect. I. §. 22. proceſſit, hac in cauſa eum ſequi cupimus, qui c. l. ſtatibus iura etiam indubia ob urgentem reipublicae utilitatem auferri poſſe contendit, Conf. etiam B. et Vener. Aui GEORGII VLRICI DE BEULVVIZ diſp. ſub praeſidio PETRI MVLLERI Jenae 1681. habitam: *de ſubtili diſputandi ratione in cauſa publicae utilitatis reiicienda* cap. II. quippe quae omnia ad Paſcalii ſententiam Tom. I. eius opuſculor. p. m. 17. redeunt: *Les etats periroient, ſi on ne faiſoit plier les loix á la neceſſité.* Longius a uero aberrauit COCCEIVS in diſſ. ſupra allegata §. 25.

Digitized by Google

ſis Principum priuilegia et iura eorum concernentibus cognoſcere iubentur, *) adeo ut cordatiores Principes ipſi pridem agnouerint, non niſi cum pernicie reipublicae eorum auctoritatem uiolari, **) id quod initio religionis quidem intuitu factum, poſtea autem a nonnullis eo extenſum eſt, ***) ut, ſi eorum ſententia locum habere deberet, metuendum ſit, ne ſumma imis miſceantur, atque armis et gladio omnes lites dirimendae ſint.

§. XXIII.

*) Ordin. Iudic. Camer. P. I. Tit. III· XVI. et paſſim alibi. Ord. Iud. Aulici Maxim. II. d. a. 1570. in fin. von allen Reichs-Handlungen, desgleichen andern Sachen unſer Kayſerthum, und denſelbigen anhängende Reputation, Würde, Hoheit, Recht und Gerechtigkeit betreffend, vor andern unſern Räthen guten Bericht haben, davon, ſo offt von nöthen wiſſen Bericht zu thun, fürzutragen, zu tractiren und zu Handeln, damit ſie nicht allein in unſern Kayſerl. Reichs-Hof-Rath, ſondern auch auf Reichs-Tägen und andern Enden Fürſehung zu thun wiſſen.

**) Quae ea de re ſenſerint ERNESTVS et IOHANNES, Duces Brunſuicenſes 1538, uid. apud LVNIG: Staats-Conſil. Tom. I. p. 95. usque 111.

***) Tempore reformationis iure quidem meritoque Principes noſtram religionem amplexi conqueſti ſunt, Cameram imperii in iſtis controuerſiis ſeſe condemnare, quas tamen ipſe Imperator et Imperium amicabili compoſitione ſedare uellent, ſed poſtea omnia fere huc pertinere quidam arbitrati negotia, eaque de cauſa omnem Iudiciorum auctoritatem in dubium uocare anniſi ſunt. De Iudicio Aulico uid. Literae quorundam principum ad imperatorem d. d. 18. Febr. 1601. quarum mentio fit apud LONDORP. P. I. lib. I. cap. I. n. 5. et quae nunc integrae exſtant. apud. LVDEVV. in der rechtlichen Erläuterung der Reichs-Hiſtorie P. I. p. m. 337. ſeq.

Digitized by Google

§. XXIII.

Tolleretur tali modo maieſtas Imperii, nuntius mitteretur ſalutari conſortio, quo ſtatus inter ſe uti debent,*) infini-

Seceſſiones Imperio exitioſae, quae nulla re magis, quam nimia iurium ſingularium extenſione excitari poſſunt.

*) Si exemplis hic abundare et teſtimoniis aliorum turgere in animo eſſet, ſane iis non deſtitueremur, quaedam tamen apponere haud incommodum uidetur. Sic eminentiſſimus quondam Princeps et Epiſcopus Bambergenſis in literis, ad Moguntinum et Treuirenſem Celſiſſimos Electores Bamberg den 11. Febr. 1744. datis ait: Und das Reich auſſer ſeine Collegial-Verfaſſungen ſtellen wollen eben ſo viel ſey, als daſſelbe ganz zu verſtellen, mithin gar über den Hauffen zu werffen. Et auctor der beantworteten Widerlegung der widerlegten Erörterung der Frage, die Berichts-Erforderung in Recurs-Sachen betreffend, quae ineunte anno ſuperiori in lucem prodiit: daß nun aber, inquit, Fälle vorkommen können, in welchen, vermöge derer Reichs-Geſetze und inſonderheit des I. P. art. V. §. 52. die Regul (de pluralitate uotorum) ihren Abfall leidet, und die Maiora nicht ſtatt finden, ſtellet man dieſſeits nicht in Abrede, widerſpricht aber mit beſten Grund, daß die Errichtung eines Geſetzes oder Einführung eines Herkommens unter dieſer Ausnahme zu rechnen, wenn es hier auf Zeugniſſe ankäme oder dieſe Wahrheit, deſſen Gegentheil billig unter die Grundſtürzende *Principia* zu zehlen, nicht ohnehin ſchon bey allen : : : : auſſer allen Zweifel geſetzt wäre, ſo könnte hier ꝛc. Id. inmaſſen ſonſten und wenn auf eines oder andern Standes Widerſpruch das Gegentheil von demjenigen, was dem mehreſten gut dünkt, geſchehen ſollte, in effectu ſtatt derer mehrern, die wenigern Stimmen in Comitiis gelten würden, welches man aber eben ſo wenig zur Zeit noch gehöret, als in dem Fall, da ein einziger Stand, durch Verſagung ſeiner Einwilligung, eine ganze Sache hinterſtellig machen könnte, in Ewigkeit an einen Comitial-Schluß bey denen vielen vorhandenen Ständen im Reich zu gedenken wäre. Porro: es muß kein jus ſingulorum verſtanden werden, wo keines vorhanden. Ne tamen quis putet, haec noſtris demum temporibus aſſerta eſſe, et priſca ignorare, apponimus teſtimonium BERNHARDI BERTRAMI, Cancellarii poſtea Altenburgenſis, in diſſ. *de Comitiis* an. 1613. adeoque eo aeuo habita, quo controuerſia de iuribus ſingularibus maxime agitata fuit, §. 73.: *Non inconuenienter hic ſubiicitur quaeſtio: An in comitiis Imperii maioribus*

ioribus uotis ſit ſtandum? Et ſane in cauſa religionis et fidei Chriſtianae maiora non praeualere apud proteſtantes Principes eorumque Theologos minus habet dubii, WAREMVND. DE EHRENBERG. de Regn. ſubſid. cap. 2. n. 19. et cap. 6. n. 53. *In politicis uero negotiis contrarium ſimpliciter ſtatuendum eſt. Qui enim, obſecro, ſalutaria conſilia ſine potitura ſunt bono, niſi in opinionum diſſidio in plurimum tandem eatur ſententiam,* l. 1. §. ult. de acq. poſſ. *nonne igitur propter naturalem hominum ad diſſentiendum facilitatem res ſine exitu futura eſt, aiente* VLPIANO in l. 17. §. *6.* de recept. qui arbitr. *Si omnium unanime exſpectetur ſuffragium? Quod cum ſapientiſſimi celebrium Rerum publ. Gubernatores aduerterent, Lege inuiolabili apud ſe inualeſcere paſſi ſunt, ut in publicis conſiliis plurium uotorum potior eſſet autoritas. Nam apud Athenienſes, quod Senatorum pars maior ſciuiſſet, pro rato fuiſſe habitum ſcribit* SIGON. de Republ. Athen. lib. 2. c. 3. uerſ. decreto uero et lib. 3. c. 4. *Et Lacedaemoniorum hoc fuiſſe laudabile inſtitutum, interea dum aliquid decernebatur omnes pro animi ſui ſententia conſulere: Ubi quid decretum eſſet, idem laudare omnes atque eos quoque adiutores eſſe, qui ab initio refragati erant,* ex Plinio Nepote *refert* Pet. Ærodig. de Orig. et autor. rer. iudicat. lib. I. tit. de iuſtit. et iur. c. 21. *quod idem de Romanis quoque teſtantur* NIC. GRVTIVS de comitiis Roman. lib. I. c. 4. p. 133. et SIGON. de Antiquo iur. ciuil. Rom. c. 14. *quorum exempla imitari, inſignem duco prudentiam. Sed et inter confoederatos in cauſis foederum a maiori parte concludi, ait* Laudenſ. *in tract. de confoeder.* Princip. concluſ. 44. *et ſatis dare innuit* VVAREMVND. de EHRENBERG. lib. 2. de foeder. *pag. 154. pag. 162. et pag. 326. Quid quod ipſi iuris noſtri autores, ubi a pluribus decernendum quid eſt, maioris partis ſcitum adprobant* l. 3. ff. quod cuiusque uniu. nom. l. quod maior. 19. ff. ad muncip. L. duo ex tribus 39. ff. de re iudic. l. nominationum C. de decur. L. ſi quae ibi: atque id, quae maioris partis probauerit ad ſenſus ſolemnis firmet auctoritas. C. de legat. *Et approbandum omnino eſt. Nec, ſi hoc repudietur, remedium ullum uideo, quo in conſultationibus publicis res ad cauſae definitionem perduci poſſit. Et dicas mihi, ſi maioribus ſtandum non ſit, an pauciorum placita praeualere debeant? Atqui omni rationi aduerſum hoc eſt. An ſanioribus uotis palma tribuenda? Sed quisque ſuum adſeret ſanius, nec ullus erit litium finis, add.* IACOBAT. de concil. lib. 6. art. 3. n. 49. Pacian. de probat. lib. 2. c. 43. n. 72. et 73. Macagn. Azzoguid. *de commun. opin. lib. 3. cap. 7. n. 29. An vero digniorum calculis inſiſtendum? At nec ita maxima de dignitate contentio euitabitur,* Imola

in

Digitized by Google

in l. Pomponius de re iudicat. et ibid. Zaſ. n. 15. et Duaren. circa fin. *Iuri praeterea canonico innitimur; quod et ipſum in cunctis Eccleſiis electionibus aliisque congreſſibus plurium ſuffragia attendenda eſſe ſtatuit.* c. Z. extr. de his quae fiunt a maiore parte et ibi Panormit. c. inter. 21. §. diſcretioni ueſtrae, c.cum in iure 33. c. uenerabilem 34. §. obiectionib. c. coram 35. de elect. *Prouocamus etiam ad inclytum Electorum Collegium, in quo, qui plurium calculo Imperator Roman. eligitur, pro Imperatore habetur certiſſimo,* Aur. Bull. c. 2. *ICtorum porro communis et quaſi per manus tradita opinio nobis ſubuenit,* Auctor gründlichen Berichts des heiligen Reichs-Stadt Friedberg Stand Regalien etc. cap. II. n. 7. Buxdorff ad Aur. Bull. c. 2. th. 34. lit. D. et ſeqq. *ubi plures enumerantur. Qui quod magis eſt, in tantum hoc verum exiſtimant, ut diuerſum conſuetudine uel lege induci non poſſe ſcripſerint,* ql. et DD. inl. aliud eſt 160. §. 1. de R.I. Dec. ad c. cum omnes de conſt. Abb. in c. 1. de his quae fiunt a maior. part. Azzoguid. d. lib. 3. c. 10. n. 16. et ſeqq. *Sed quid argumenta longius accerſſo? uel mores, in Imperio hactenus recepti rem totam digerunt, teſte allegato* Auctore gründlichen Berichts etc. d. c. 11. n. 23. ubi ſic ait: Ebenmäßiger Weiſe wird in Reichs-Creiß-Städt- und andern Verſammlungen und collegiis per totum Imperium Romanum ie, derzeit in Sachen, ſo vor dieſelbe Räthe gehörig, ad maiora uota gegangen, und was alſo per maiora beſchloſſen, pro decretis gehalten, wie alle Reichs-Creiß- und andere Abſchiede, Statuta und Ordnung ausweiſen, auch männlichen bekannt, *quod confirmat* Marq. Freherus in comment. *ad conſtitut. Adolphi pag. 14. cum, quod in comitiis maiori parti placuiſſet, a Caeſare pronunciatum promulgatumque adſerit. Imo ipſae Imperii Conſtitutiones dubium omne tollunt, receſſ. Treuir. anno 1512.* §. Es ſollen auch die Churfürſten. Regiments-Ordnung zu Worms anno 1521. §. würde ſich auch begeben. Receſſ. Spir. anno 1542. §. und dieſen Oberſten Hauptmann. Receſſ. Spir. anno 1570. §. und damit ſolche wichtige. Receſſ. Ratisbon. anno 1576. §. Da denn die Sache nach angehörter unſer Kayſerl. Propoſition. Receſſ. anno 1594. §. Da dann die Sache nach angehöreter ꝛc. *Ex quibus diiudicandum aliis relinquo, quam ſalutaris et utilis Imperio futura ſit ſententia illorum, qui in grauioribus cauſis ex maiori uotorum numero nihil decernendum adſtruunt. Cauſae autem in quibus maiora admitti non debeant, potiſſimum hae ſunt.* 1) Gewiſſens- und Religions-Sachen. 2) Contribution-Sachen. 3) Cammer-Gerichts-Sachen. 4) Freyheiten, Privilegien und dergleichen Immunitaeten. 5) Religion-Frieden ſamt deſſen Zu- und Angehörungen. 6) Profan-Frieden und andere Sachen des

D 2 gemei-

infinitae eſſent lites, *) et omnia ui maiori cedere cogerentur. Seceſsiones Corpori noſtri Imperii iam adeo peri-

gemeinen Vaterlandes Ruhe und Fried betreffend. 7) Diejenigen Sachen darinnen die Römiſchen Catholiſchen Partheyen ſeynd, und mit den Evangeliſchen ſtreitig. 8) Sachen ſo wider die Billigkeit und die Regul, quod quis iuris in alium ſtatuit, eodem et ipſe utatur neceſſe eſt lauffen. 9) Außträge. 10) Fälle ſo die Executions-Ordnung, Reichs-Conſtitutiones, Gülden-Bull, und dergleichen anlangen. 11) Erbeinigungen, Verträge, Compactaten ꝛc. 12) Sachen da ſaniora uota verhanden. 13) Fälle, da omnium conſenſus vonnöthen iſt. *Quae cauſae etſi numero paucae ſint: ſi tamen penitius introſpiciantur, adparebit, omnes alias, quae unquam in deliberationem in comitiis inſtituendam cadere poſſunt, ſub iisdem comprehendi. Admiſſa igitur noua iſthac ſententia, quo res tandem ſit delapſura, quiuis facile perſpicit. Certe exſcriptis ea de re editis didici, in nuperis comitiis Caeſari et Statibus aliis ſummae curae fuiſſe, ne in remp. talis conſuetudo introduceretur. Urſerunt quoque et acriter inſtiterunt ordines reliqui.* Ihr Kayſerl. Maieſt. wolten bey ſolcher *Reſolution* und gegebenen rechtmäßigen Beſcheid allergnädigſt beſtehen, dieſelbe nochmals wiederholen, und daß ſie aller fernerer Einrede unverhindert ſich dem alten löblichen Brauch auch der Schuldigkeit nach länger von den *Conſultationibus* nicht abſondern, ſondern dem durch dem mehrern Theil allbereit gemachten Schluß der Billigkeit nach *accommodi*ren, und den *deliberationibus* förderſt beywohnen wollten, mit gehörigen und hierzu nothwendigen Kayſerl. Ernſt und Eyffer anweiſen ꝛc. quemadmodum habent uerba Bedenckens des Churfürſtl. Collegii auf der Kayſerl. Maieſt. Decret etc. ſub dato 23. Aug. 1613. Hucusque BERTRAMVS; utinam! etiam noſtro aeuo in ſcriptis conſiliisque haec pietas erga patriam, et ſtudium ueritatis ſemper uigeret.

*) Siquidem caſu hoc eueniente non prius in Collegiis ipſis ſuffragia legenda eſſent, ex mente ſaepius citati auctoris *Sacrae libertatis anchorae* c. locis p. 333. in iuribus ſingularibus, quam in ipſis collegiis unanimis adſit conſenſus. Aliam inde naſcentem remoram uid. penes LONDORP. T. VII. Lib. 6. c. 306. Quae omnia uerum eſſe declarant acutiſſimi GVNDLINGII dictum in dem Diſcours zum Weſtphäliſchen Frieden p. 388. daß Teutſchland eine krancke Republic ſey.

Digitized by Google

periculoſae fuerunt *) ut res profecto conclamata foret, ſi eae nunc ſub legum praeſidio inualere cenſendae eſſent, ſi omnia ſtatuum iura huc trahi poſſent; et quid ſiquis tali modo ratiocinetur: Ius ſuffragia in Comitiis ferendi, ſtatuum praecipuum, eximium et liberrimum eſt; in huiusmodi autem iuribus plurima uota nemini nocere queunt; ergo quilibet ſtatus, ſi uel uniuerſum Imperium in alia omnia eat, in ſua ſententia permanere poteſt, ad id quod omnibus placuit minime obſtrictus?

§. XXIV.

Aeternae ſunt diſſeuſiones, quae inter Collegia, qua talia, ſunt.

Ipſum etiam Imperium non ſine graui incommodo intelligit, quantum lites ſpirent, quae inter Collegia ipſa uertuntur, ideoque ſua natura per maiora decidi nequeunt, ſic e. gr. negotia ſuper quaeſtione *an*? in electione Regis Romanorum, Capitulationis perpetuae, praerogatiuae, quam Electores ſibi ſuisque legatis, prae principibus eorumque legatis aſſerunt, et diſceptatio ratione Vicariatus et pactorum intuitu huius a. 1724. 1744. 1745. initorum et reliqua omnia, in quibus, quid Electoribus tantum, et quid Principibus ſimul competat circa adminiſtrandam rempublicam, Patrum iam temporibus maxima animorum contentione

*) Conf. Auctor des politiſchen Diſcours von denen Vnionibus im Reich apud LONDORP. T.I. cap. XI. pag. 361. Auctor des Beweiſes, daß in Guarantie Sachen Maiora Statt haben. Staats-Canzley Tom. LIX. p 573. et 581. Reſcriptum Caeſareum ibid. Tom. XXXVIII. p. 504. ROVSSET Recueil. Tom. VI. p. 563.

tione agitata hucuſque protrahuntur, neque quis eorum finis atque exitus erit, coniecturis aſſequi licet. *)

§. XXV.

Ipſi ſtatuum Auctoritati, libertati et religioni haec principia magnopere nocina ſunt.

Caueant igitur illi, qui iura ſingularia ſtatuum iuſto latius extendunt, ne priuatis ſuis inuentis comitiali auctoritati noceant, dum ea defendere moliuntur,**) et ne uerſo in propria uiſcera enſe, ſacratiſſimo Imperii noſtri ſyſtemati, et iuribus Corporis grauiſſimi Euangelicorum Statuum ***), inſanabile uulnus inferant. Nos certe his omnibus expenſis non poſſumus non uti hic Hennigeſii uerbis, ****) *Communiter aiunt legem* (§. 52. art. V. I. P.) *intelligi, ubi iura ſingulorum uerſantur - - - ſed praeter quam, quod baec opinio fortaſſe dubitationi adbuc ſubiecta ſit - - - non apparet, cur Status tanquam unum corpus nequeant conſiderari, quoties de iure tertii conſultatio inter Collegia inſtituatur.*

§. XXVI.

*) Praeſertim ſi principia nonnullorum, quae in LVNIGII Staats-Conſiliis Tom. II. n. 366. p. 1521. et MOSERI Staats-Hiſtorie P. I. p. 48. uidere ſunt, obtinere deberent, quippe quae aeterna eridis alimenta ſunt.

**) Sic Comitiis ideo denegatam eſſe cognitionem cauſae cuiusdam in der Staats-Canzley T. LXIX. p. 194. legimus: nachdem auch mehrmalen verſchiedene Reichs-Stände, wenn einer ihrer Mit-Stände ihnen zukommende iura particularia angefochten, ſelbſt declarirt haben, daß ſie dergleichen Beſchwerden nicht auf den Reichs-Tag kommen, und per Maiora ſolcherley iura abuotiren laſſen könnten ꝛc.

***) Ibid. T. XXXVIII. p. 501. ubi Corpus Euangelicorum tantum ſocietas quaedam ideo uocatur, quia ipſa eius Membra, eſſentiale Corporis, nempe uotorum pluralitatem in omnibus fere cauſis exulare affirment.

****) Supra cit. loc. lit. (b)

§. XXVI.

Si nempe ſtatus, in cauſis ſaepius a nobis definitis, tanquam unum corpus conſiderari nequirent, obſtare deberet, uel lex expreſſa, ad quam ſeſe referret §. 52. Art. V. I. P., *) uel ipſa Conſtitutio Imperii. Priorem nuſpiam inuenimus, poſterior autem tantum abeſt, ut iura illa particularia, ſiue ſingularia admittat, ut potius argumentis iisque, quod quidem nos intelligimus, haud proletariis demonſtrauerimus: ſtatus in hisce negotiis non ſolum pro uno corpore haberi poſſe, ſed etiam debere.

Et deſtituuntur lege et conſtanti obſeruantia.

§. XXVII.

Supra §. 12. iam OSTERHAVSII argumentum, quod ſcilicet iam 1613. poſtulauerint Proteſtantes, ut *eximirte, priuilegirte* und *Immunitaet*en-Sachen, a pluralitate uotorum immunes declarentur, adduximus: Verum haec poſtulata quorundam principum non pro uniuerſali eorum ſententia habenda ſunt, et iſtis temporibus in lucem prodierunt, quibus feruente iam bellico ſpiritu Vnio, **) proteſtantium uires aſſumſerat, atque undique bellum

Quorundam Proteſtantium poſtulata d. a. 1613. nec uniuerſalia, nec in ipſis Pacis tractatibus approbata ſunt.

*) Quantum legibus relatiuis tribuendum ſit, alibi docemur, quippe quae absque relato nihil probant, id quod etiam de §. 191. R. I. Nouiſſ. ſtatuendum eſt. Sed, ut appareat neque legem ipſam nempe §. 52. Art. V. I. P. id probare, quod contrariae partis propugnatores exiſtimant, ſequentibus paragraphis argumentis, ab hiſtoria tractatuum depromtis, quid actum tunc fuerit inter partes, exponere nobiscum conſtituimus.

**) Diligentiam ſibi ſolitam in hac Vnione deſcribenda adhibuit B. BVRK. GOTT-

Digitized by Google

bellum parabatur. Nullius igitur eſt momenti argumentum, alioquin ſatis lubricum, a poſtulatis ad conceſſa, ſiquidem affirmantibus incumbit probatio, quod haec poſtulata Catholicis legitime exhibita, atque in ipſis tractatibus obiectum fuerint deliberandi; id quod tamen uero non tantum disſimillimum, ſed etiam ab eo maxime alienum eſt. Namque haec poſtulata plus quam 30. annos ante ipſos pacis tractatus apparuerunt, non haec tantum iura ſingularia ſed duodecim continent alia momenta, quae ſi omnia conceſſa fuiſſent, Imperium noſtrum corporis nomen minime ſibi uindicare poſſet: quin ipſi principum legati tempore Pacis Weſtphalicae talia principia et molimina communi ſaluti minime conuenire profesſi ſunt. *)

§. XXVIII.

Ordinem ulterius dicendorum diſponit.

Sed quod mirandum, in ipſis Pacis tractatibus nihil de hisce iuribus occurrit ſingularibus, quae aduerſarii urgent, id quod ordine tali iam recenſebimus ut 1) Status ipſos

GOTTHELF. STRVVIVS *in Corpore Hiſtoriae Germanicae* Period. X. Sect. VII. §. 18. et 30. et Hiſtorie der Religions-Beſchwerden. Ubi eius primordia in a. 1597. et confirmationem 1608. quaerendam eſſe oſtendit.

*) MEYERI *Acta Pacis Weſtphal.* Tom. II. Lib. 12. §. 2. N. VII. p. 253. Protocollum Proteſtant. 23. Januar. 1646. Heſſen-Darmſtadt: *Ratione Maiorum* haben die unſern ſo viel *caſus excipirt*, daß ſie wohl nimmermehr gelten können, *in contribution* und Religions-Sachen, ſey die Sache gewiß.

ipſos aliquid certi hic definire noluiſſe, 2) in Materia maiorum maxime circa Contributiones laboratum eſſe demonſtremus. Hoc enim facto planum fore ſperamus, paſſum: *omnibusque aliis* initio Collectarum cauſa huic paragrapho inſertum, poſtea uero cauſarum ad religionem *indirecte* *) ſpectantium ergo retentum fuiſſe.

§. XXIX.

Cum enim ineunte anno 1646. de grauaminibus ſtatuum agendum eſſet, in ipſo congreſſu, de modo tractandi, et de ordine, quo grauamina proferenda ſint, inter ſe conſultarunt deputati ordinum Euangelicorum, tam Oſnabrugi, quam Monaſterii, et ſi necesſitas id exigere uiſa fuit, conſilia etiam communicarunt; et quantum noſtram, de maiori ſuffragiorum numero, materiam attinet, uno ore contenderunt, nihil hic ſpeciatim proferendum, neque caſus, in quibus pluralitas uotorum exulare deberet, enumerandos eſſe; **) in cuius placiti confor-

A. 1646. proteſtantium deputati nihil certi et definiti hac de re proponere uoluerunt.

*) Ne tamen quis opinetur, hanc diſtinctionem inter cauſas directe et indirecte ad religionem ſpectantes, a nobis ad inuentam eſſe, euoluat Art. V. §. 9. I. P. O.

**) *Acta Pacis Weſtph.* Tom. II. Lib. 12. §. 2. n. VII. pag. 293. *ad quaeſtionem:* wie weit denen *Maioribus* Statt zu geben? Magdeburg und Altenburg: wo man Partheyen mache, könne man die *Maiora* nicht gelten laſſen, et poſter. ſolte man ſich in keinen *Diſputat* einlaſſen, auch nichts *ſpecificiren*: es ſey richtig, *partes* können ſich des Gegentheils *Maioribus* nicht unterwerffen in quorum ſententiam reliqui omnes iuerunt.

formitate Proteſtantes in primo exhibito omnium ſuorum grauaminum,*) et eius ſupplementis, **) generalioribus uſi ſunt uerbis, eumque modum ſemper ſeruare decreuerunt.***) Poſtquam igitur Catholici 17. Sept. 1646. ad haec principum grauamina reſponderunt, ****) conciliationem huius reſponſionis cum grauaminibus ipſis tentarunt legati Euangelici,*****) ſed rem in medio relinqui placuit, ******) unanimi conſenſu.

§. XXX.

Saluii proiectum et ulterior ſuper eo tractatio.

Cum igitur hiſce diſceptationibus in infinitum differri uideretur compoſitio grauaminum, Sueci cauſam Proteſtantium in ſe receperunt, eaque de ratione SALVIVS

*) Ibid. Tom. II. Lib. XV. §. 1. p. 521.

**) Tom. III. Lib. XX, §. 30. n. 23. p. 285.

***) Tom. III. Lib. XXI. §. 3. n. 1. pag. 294. §. 4. p. 303. Protoc. ad Art. 21. Brandenburg-Culmbach: ſonſten bedüncke ihm beſſer zu ſeyn, daß man ſo weit nicht heraus gienge, ſondern es bey der Generalität lieſſe. Pommern p. 304.: Anlangend die *Maiora* in *Contributions*-Sachen, wäre er noch bey der letztern Poſt die *negatiuam* zu behaupten befehligt, und vermeine demnach, man ſolte ſetzen, daß es diesfalls verbleiben möchte, wie es bishero im Reich herkommen.

****) Cit. Tom. Lib. 21. §. 13. n. 3.

*****) Cit. Tom. et lib. §. 26. n. 1. p. 395. 8. Oct. 1646. ad art. 21. *Maiorum ualiditas* ſtehe auf Handlung.

******) In concluſo Euangelicorum 19. Nou. 1646. ibid. p. 418. *ad art. 20. 21. 22.* war gefällig, man ſolte dieſelben bis dahin verſpahren, wenn man *in Grauaminibus* richtig.

Digitized by Google

VIVS Proiectum concepit, *) in quo quid hi poſtulent, et in quo cedere uellent, exponebatur: ad quod cum Catholici reſponderent, **) Proteſtantes generaliſſimis ***) uerbis quid ad haec monendum eſſet, edixerunt, et momenta litigioſa conferri curarunt, ****) ad quorum ductum Sueci, et Legati quidam Statuum Proteſtantium cum Caeſareis collocuti ſunt, et praeſertim in ſeſſione tertia, 6. Febr. 1647. habita, de pluralitate uotorum actum eſt. *****)

*) Nempe Proteſtantes in Proiecto cuius paragrapho antecedente not. (**) mentionem fecimus poſtularunt:

